

Mathias Tabernatoris de Kirchan	} determina-	{	Wolffgango Cultrifabri	
Cristopherus Pilleatoris de Hameln			vit sub	Bertoldo Ganderheym
Paulus Stolcz de Konitz			magistro	Gregorio Konitz.

Inter quos decem fuerunt pauperes, videlicet Severinus Hoffman de Hanis¹⁾, Iohannes Zceidler de Zewigavia, Wolfgangus Eichner de Wurzen, omnes Misnenses, Caspar Funck de²⁾ Stendalia, Iohannes Barß de Ruppin, Cristopherus Pilleatoris de Hameln de natione Saxonum, Henricus Kopp de Lichtenbergk, Pancratius Weys de Gefres, Egidius Frubeyss de Lichtenfelschs de natione Bavarorum, Iohannes Prawser de Thoronio Prutenus, qui petiverunt causa dei dimissionem burse et probata³⁾ paupertate eorum iuxta statuta desuper edita dimissionem burse a tota facultate obtinuerunt.

Anno, quo supra, Sabato post Panthaleonis facultas totaliter congregata fuit et conclusit, quatenus perspectiva communis imprimeretur, pro cuius expedicione magistri in facultate mutuo dederunt baccalario Herbipolensi triginta flor. Ren., quorum⁴⁾ restitutionem promisit in anno. Acta sunt hec die, quo supra. Juli 29.

* Eodem anno, quo supra, secunda feria post Dyonisii suscepti magistri in Oct. 16.
lectores in artibus sunt electi in:

methaphisica	} magister	Magnus Hundt
naturali philosophia		Iohannes Peylig in prima parte, in secunda Petrus Eysenberg
rethorica		Andreas Boner
veteri arte		Franciscus Lemporgk
nova logica		Erhardus Newpar
poetica		Andreas Delitzensis
grammatica		Iohannes Sagana
arte epistolandi		Iohannes Hertwigk
mathematica		Alexander Mathematicus
spera materiali		} Sebastianus Siberdt de Mucheln
arithmetica communi		
moralis philosophia	(Virgilius ⁵⁾ Iuvaviensis. *	

c 9. 1503 Wintersemester. 189. Decan Iohannes Honorius von Elbogen.

Decanatus magistri Iohannis Honorii Cubitensis, sacre theologie baccalarii, de natione Polonorum. Anno domini millesimo quingentesimo tertio in die divi Calixti electus fuit in decanum magister Iohannes Honorius Cubitensis, sacre theologie baccalarius, de natione Polonorum. Sub cuius decanatu infra scripti sunt electi officiales: 1503
Oct. 14.

Clavigeri mgr.	{	Petrus Kune de Numburk
		Martinus Meendorn de Hirsberk.

¹⁾ Hanis. ²⁾ de Franckenfordis. ³⁾ probata eorum sufficientibus testimoniis paupertate. ⁴⁾ quod promisit per sue proprie manus chirographum, quod per decanum reservatur. ⁵⁾ Mit anderer Dinte von derselben Hand nachgetragen, Georius Meyningen gestrichen.